

50 in spiritu dei nostri faciem videbimus conditoris, similes eidem effecti, dicente Iohanne^a: *Scimus quia^b, cum apparuerit, similes ei erimus, quia^b videbimus eum^c sicuti^d est¹².*

Verum hec^e idcirco dicimus, ut libri apocalipsis materiam intimare possimus et, que sit intentio operis, enodare. Facile enim^f est deo postulanti-
55 bus que petuntur impendere, dummodo causam^g fides precedat. Nisi enim in loco aliquo^h esse existimetur thesaurus, mens refugit fodere et cassis hinc laboribus fatigari.

Nunc igiturⁱ considerare est cursum^k preteritorum temporum, quibus veteris testamenti opera sacro^l sunt signata^m volumineⁿ, ut huius quoque
60 etatis sexte, que totam in se continet novi plenitudinem testamenti, distincte intelligere valeamus et, qualiter singulis apocalipsis partibus tempora deputentur^o propria, primo^p quidem simpliciter promere, deinde auctore Christo^q auctoritatibus^r idoneis comprobare.

[De^s VI etatibus mundi et de diversis temporum distinctionibus]^r Solempne est in ecclesia sex esse tantummodo mundi^t etates¹³, secundum
65 quod^u sex diebus cuncta sua opera fecit deus. Nam septima non in opere est, sed data est quiescentibus animabus. Nunc igitur in opere sex sunt^v mundi etates, quarum quinque^w ad^x testamentum vetus, sexta ad novum pertinet testamentum. Nos enim sumus, ut^y ait apostolus^y, *in quos fines se-
70 culorum devenerunt¹⁴.* Prima itaque etas, ab Adam inchoata, in Noe iusti tempore^z terminatur, secunda in^a Abraham, tertia in David, quarta in transmigratione Babilonis, quinta in sacratissimi^b mundi^c salvatoris^d adventu, sexta ab eodem incepta^e. Hoc^f a principio nesciebatur, quando hoc^g deus^h cunctipotensⁱ disponebat, sed inchoata sexta etate notum est^k, post-
75 quam Christus resurrexit a mortuis, quando et aperuit discipulis sen-

a) apostolo AC. b) quoniam D. c) fehlt B. d) secuti E. e) hoc D? f) fehlt DE. g) causa C; cause BDE. h) alio B; alico E. i) ergo D. k) cursus A. l) fehlt AC. m) signati B. n) velamine D. o) deputantur D. p) secundo sermone E. q) domino B. r) auctoribus C. s-s) fehlt ABCE. t) fehlt DE. u) quas D. v) folgt tantum BDE. w) quinta B. x) fehlt E. y-y) fehlt D. z) temporibus D. a) ab B. b) sacratissimo D; fehlt AC. c) fehlt ACD. d) domini AC. e) folgt terminatur in fine mundi E. f) folgt autem E. g) hec B. h) dominus ACDE. i) omnipotens BDE. k) Ein Korrektor hat in E, weil er nō est als non est las, am Rande ignoratum ergänzt. Die Vorlage von E muß aber notum est enthalten haben.

¹²⁾ 1. Ioh. 3,2.

¹³⁾ Augustin, *De civitate Dei* XXII, 30; CSEL 40,2, S. 669,17-670,12; CC 48, S. 865, Z. 124-145.

¹⁴⁾ 1. Cor. 10,11.